

Ratio
deci-
dendi
sunt
testi-
mo-
nia,
de ti-
more
Domi-
ni,

de cō-
muni-
tate
Euāg.
& uni-
tate
spiri-
tus,

IV. Fundamentiloco, præ-
ter ea quæ de ipso nucleo & fine do-
ctrinæ Christianæ plenius alibi tra-
dita infra iterum breviter dicenda
erunt; repetimus hoc loco quod Act.
10.34.35. Petrus dixit : *In veritate
comperi, quia non est personarum acceptor
Deus. Sed in omni gente qui timet eum,
& operatur justitiam, acceptus est illi.*
Tum quod Paulus hinc inde de com-
munitate Evangelii, & in notabili foris
diversitate, de Redemptoris interim
& Spiritus unitate docuit. *Evangelium
enim est virtus Dei, in salutem omni cre-
denti, Iudæo primùm & Græco. Rom. 1,
16. Christus enim est pax nostra, qui fecit
utraque unum: & medium parietem mace-
ria solvens &c. & veniens evangelizavit
pacem, vobis qui longè fuistis, et iis qui pro-
pe. Quoniam per ipsum habemus acces-
sum utriq; in uno spiritu ad Patrem. Eph.
2.14. &c. Obsecro itaque vos ut ambuletis
cum omni humilitate & mansuetudine,
cum patientiâ supportantes invicem in
charitate: solliciti servare unitatem spiri-
tus in vinculo pacis. Unum corpus &c.*